

Fundator : I. Csák, banus.

Annus foundationis : ante 1274.

Possessiones : Alsórajk / totalis possessio /, in Comitatu de Zala.

Muraszentgyörgy / portio possessionaria / in Comitatu de Zala.

Ujfalu / totalis possessio / in Comitatu de Somogy.

Series Praepositorum	1274-75.	Petrus.
ex Ord. Praem. c.	1290.	Walterus.
	1370.	Paulus.
	1385.	Johannes.
	1391.	Dominicus.
	1413.	Albertus.
	1482 ³²⁾ .	
	1509.	Andreas.

Canonicus : 1275. Dominicus, custos.

HORVATH T. A.

* * *

DE RATIONE SUFFRAGIORUM COMMUNIIUM IN OFFICIO :—: CANONICO BREVIARII PRAEMONSTRATENSIS :—:

In liturgia medii aevi, quando minoris recolitur festum solemnitatis, aut de feria fit currente, antiquus valde habet usus ut in officii canonici Laudibus et Vesperis, post collectam principalem occurrentesve commemorationes, canetur commune aliquod suffragium antiphona constans versu et oratione ¹⁾. Morem hunc, abhinc primaeva sua liturgica institutione etiam sibi Ordo noster usurpavit. Duce namque codice Gallo-romano, solam de sancta Cruce comme-

Nitriensis 1660-1690 (Kollay, 282); 1735. Leopoldus Kewenhiller, comes canonicus in Aichstedt (Országos lev. Prot. 1733, 386), 1730 Ladislaus Szürényi, episc. Dulcinensis (*Kaprinai*, A. 8., T. 2.); A magyarországi apát és préposti címek oklevelek alapján kijavított jegyzéke (*Index titulorum abbatum et praepositorum Hungarorum secundum diplomata correctus*, 1922, quae est editio ad usum authenticum comparata.

32) de. Holub Iósef, *Zalamegye története a középkorban* (1929), I., 249, 67. j.

1) Originem non romanam habuisse hunc usum ex eo infertur quod non invenitur in antiphonario Sancti-Petri nisi postquam, initio saeculi XII, influxus gallicanas multiplices praefatus subierat liber. S. Baümer, *Histoire du Bréviaire romain* (trad. Biron), t. III, p. 4, et 34. Paris, 1905.

morationem decreverunt majores nostri esse tenendam. Supradictis ergo diebus, extra cyclum ab Adventu ad Pascham usque currentem, cantabatur antiphona *Per signum*, cum *Ÿ Omnis terra* et collecta *Adesto nobis*, prout in moderno Breviario ²⁾). Tempore pascali, a feria 2^a scilicet post octavam Paschae usque ad Ascensionem, suffragii hujus textus eo sensu mutabatur ut pressius gloriosam in Crucifixi resurrectione signaret victoriam, idque per antiphonas *Crucifixus* ad Laudes, *Crucem sanctam* ad Vesperas et *Ÿ Discite* cum oratione *Solita* ad utrasque horas ³⁾). Per Quadragesimam, loco memoriae S. Crucis adscribebatur supplicatio pro pœnitentibus, at exclusive in feriali cantu ⁴⁾). Neminem sane latet Quadragesimalem periodum antiquitus publicae pœnitentiae ab Ecclesia esse deputatum. Gravi plectendi pœna in Capite jejunii ad pœnitentium statum adigebantur et feria 5^a in Cœna Domini solemniter absoluebantur ⁵⁾).

Annum circiter 1250, adscripta sunt nova duo suffragia in

2) Sequentibus passibus veteris Ordinarii saeculi XII (Codex Monacensis Bibliothecae, n° 17.174) assertio nostra evincitur : a) *Suffragia autem in omnibus festis duplicibus, ad utrasque Vesperas et Matutinas, intermittuntur, ad canonicas quidem de Sancta Cruce* ... Cap. LIX, *De excellentia duplicis solempnitatis*, fol. 91. — b) *Abhinc usque post octavam Pentecostis solitam mentionem S. Crucis, ad Vesperas sive ad Matutinum* ... reticemus. Nam quod quidam, illo brevissimo spacio quod octavas Epyphanie et Septuagesimam disjungit, mentionem S. Crucis resumunt, non adeo gratum videtur, cum eo tempore de infantia Christi, potius quam de passione, legatur atque cantetur. Cap. XVI, *De dominica 1a Adventus et festo S. Andree*, fol. 57vo. — c) *Notandum quoque quod suffragia statim feria secunda, ad Matutinas de S. Cruce, reincipiuntur* ... Cap. XLV, *De Sancta Trinitate*, fol. 85.

3) *Ad Matutinas vel ad Vesperas canonicas suffragia de S. Cruce dicuntur, ad Matutinas antiphona Crucifixus, Ÿ. Dicite in nationibus, collecta Solita nos* ... Cap. XXXIX, *De dominica in octavis Pasche*, fol. 81 vo. — Antiphona *Crucem Sanctam*, ad Vesperas, jam notatur in Ordinario exarato circa annum 1228-1236, in monasterio Grimbergensi asservato.

4) *In secunda feria et deinceps, nisi festum IX lectionum impedierit post primam collectam ad Matutinas cantatur antiph.* Convertimini pro penitentibus cum *Ÿ. Converte nos, collecta Parce Domine. Ad Vesperas antiph.* Vivo ego *Ÿ. Peccavimus cum patribus cum collecta Exaudi quesumus Domine.* Cap. XXX *De dominica prima in Quadragesima*, fol. 69 vso. — Mutatur autem textus praedicti suffragii currente hebdomada Passsionis : *Per ferias usque ad dominicam Palmarum dicuntur suffragia sicut in antiphonario scribuntur.* Cap. XXXII *De Annuntiatione Domini et dominica Passionis*, fol. 72 vo.

5) Ritus pro admissione et reconciliatione pœnitentium prescribitur in Ordinario supracitato fol. 68vo-69 et 75. Illibate permansit apud nos in usu in praesentem usque diem.

honorem patroni cujusque ecclesiae, necnon S. Augustini canonici instituti legislatoris ⁶⁾. Eodem saeculo sive sequente ineunte, tertium de S. Joanne Baptista, primariae Praemonstratensis ecclesiae, totius ordinis capitis, titulari suffragium adhibendum sancivit Capitulum Generale ⁷⁾. Tandem, grassantibus bellis et tumultibus decrescens saeculi XIVⁱ, apparuit supplicatio pro Pace ⁸⁾, quam excepit, saeculo XVI^o, almi parentis nostri Norberti, tunc temporis inter coelicolas collocati, memoria ⁹⁾. Advertendum est iis tantum diebus, pro commemoratione S. Crucis per annum indicatis, praefata omnia suffragia simul cantari debuisse. Sub Quadragesima unice servabatur supplicatio pro Pœnitentibus, et tempore pascale commemoratio Crucifixi resurgentis ¹⁰⁾.

Cum autem, saeculo XVII^o, tota nostra reformaretur liturgia, et romano usui quadantenus accommodaretur, praedicta suffragia, eo quod Officium in nimiam pertraherent moram, diversos inter hebdomadae dies partita fuere, salvis remanentibus rubricis de anni tempore quo usurpabantur. Verum suffragium pro Pace quotidie, extra duplex aut triplex festum octavasque solemnes, etiam per Adventum, Quadragesimamque, Tempusque pascale praescriptum est ¹¹⁾.

Postrema aetate, novum suffragium de S. Joseph in sabbato, momenti sanctorum commemorationibus deputatis, additum est ¹²⁾.

6) In codicibus Ordinarii ab anno c. c. 1250 descriptis, legitur in Cap. XLV. *De S. Trinitate*: Notandum quoque quod suffragia statim secunda feria ad Matutinas de S. Cruce, de Patrono ecclesie, et de S. Augustino reincipiuntur. Cfr. VAN WAELFELGHEM, *Le Liber Ordinarius*. Louvain 1913, f. 293, et ibidem notam 3).

7) Vide studium nostrum: *Décrets liturgiques publiés par les Chapitres Généraux de Prémontré aux XIIIe et XIVe siècles* in *Analecta Praemonstratensia*, t. IV, 1928, pag. 139-140.

8) Suffragium pro Pace in usu videtur anno 1400, cum appareat in Collectario Grimbergensi, hoc anno exarato et in Bibliotheca ejusdem monasterii pro nunc asservato.

9) Memoria communis S. Norberti concessa est Ordini per ipsam canonisationis bullam a Gregorio XIII, anno 1584, evulgatam. Hujus textum reperire est apud G. MADELEINE, *Histoire de Saint Norbert*, t. II, p. 223-224. 3^e éd., Tongerlo, 1928.

10) Vide textum allatum in nota 6).

11) De hac reformatione praeclare scripsit nuper E. M. VALVEKENS, *Un tournant dans l'histoire de la liturgie prémontrée*, in *Analecta Praemonstratensia*, t. III, 1927, pag. 241 et seq.

12) Suffragium Sancti Joseph praescripsit Pius papa IX per decretum de 8^a decembris 1870 quo ipsum Dei Filii nutritium, post invasionem Romae ab Piemontanis militibus, ut patronum voluit haberi universae Ecclesiae. S. BÄUMER, o. c., t. II, p. 412.

Postquam anno 1912, vi bullae *Divino afflatu* Pii Papae Xi suppressa essent Breviarii romani multiplicia suffragia communia, eorumque loco sola de B. M. V. et Omnibus Sanctis commemoratio subrogata, etiam sua Ordo noster abolevit suffragia et morem romanam sibi appropriavit. Dato intervallo, hocce consilium apparuit inconcinne esse ceptum, cum ferme quotidie in officio parvo B. M. V. suas haberet partes, in eodemque memoria adscriberetur Omnium Sanctorum. Unde Capitulum Generale anni 1927 ad antiqua decrevit redire suffragia, ea ratione qua abhinc saeculo XVII^o fuere usurpata, correctis indebitis, nonnullis interpretationibus circa anni partes quibus ea recitare oporteret.

Nobiscum forsán dolebunt plurimi statutum primaevum, scilicet unici suffragii S. Crucis recitationem, haud fuisse innovatum. Praelecto tamen saeculi XVIIⁱ usu, concinnius diei peculiari adhuc liberae, v. g. dominicae, assignata esset supplicatio pro Pace et certo patroni ecclesiae transferri debuisset memoria in feriam III^a, qua, salvis rubricis, loco Summae Missae, votiva de eodem habitualiter recolitur.

Bruxellis.

Plac. LEFEVRE

* * *

A QUOI BON LES MOINES ?

A cette question, qu'un pieux et militant écrivain, M. Louis de Bonnières, posait récemment dans un petit volume d'histoire et d'apologétique, on recueille partout la réponse, dès qu'on évoque le passé de la France. Il suffit d'interroger, avec une perspicacité loyale, les vestiges encore vivants des vieux siècles et de les éclairer à la lumière des innombrables documents trop endormis dans les archives nationales et locales. Ce travail, obscurément accompli par des érudits sagaces et consciencieux, met à jour des épopées modestes et merveilleuses. Chacune de ces restitutions, non seulement apporte une pierre de plus au monument que la France moderne élèverait, juste et reconnaissante, à l'action monastique, mais encore résume à elle seule, en un saisissant raccourci, toute l'œuvre sociale de ces grands civilisateurs.

J'en ai sous les yeux, en ce moment même, un nouvel exemple. Un vénérable curé du diocèse de Sens m'a fait connaître une abbaye dont le souvenir a disparu de la mémoire des hommes, avec ses